



28

9

1708, 76

B. C. D.

DISPVATIO INAVGVRALIS JVRIDICA

DE

JVRE PRINCIPVM

VVLGO

Sürsten - Recht,

P. 159

QVAM

ITA DECERNENTE

MAGNIFICO ET ILLVSTRI ICONSULTORVM ORDINE
AD CONSEQVENDOS SVMMOS JVRIS
HONORES PRIVILEGIAQVE DOCTO-

RALIA RITE OBTINENDA

SOLENNIORI

ERVEDITORVM IN REGIA VNIVERSITATE ARGENTO-
RATENSI CONSPICVORVM EXAMINI

CONSECRAT

JEREMIAS EBERHARDVS LINCK,

ARGENTORATENSIS.

AD D XII MARTII MDCCVIII.

RECUSA WITTEBERGAE,

LITTERIS JO. GVILIELMI BOSSOEGELII, clb lcccxl.



B. G. D.
DISPUTATIO IN AGRARIIS IURIBUS

DE
IURE PRINCIPVM

1716
Jensen

ITA DECEMENTE
AD CONSOLIDANDOS SVMMOS IURIS
HONORES PRIVILEGIAVE DOCTO.

SOLENNIORI
RATIO CONSPICVORVM EXAMINI
GRADVS IN RECA SVB REGALITATE ARGVTO.

1716
JEREMIAS FERHARDVS LINCK

1716
Jensen
1716





POSITIONES

CONCERNENTES

IUS PRINCIPVM

VVLGO

Das Fürsten-Recht.

POSITIO I.



Rudex Imperii Romano-Germ. pro uarietate circumstantiarum uariis est, semper tamen est primarius uel Imperator uel Rex Romanorum.

A 2

II.

II.

Hinc non tantum in minoribus sed et in duobus summis iudiciis primas obrinet partes. in iudicio enim Aplico solus iudicat, inque Camera imperiali sub eius nomine et sigillo Mandata emanant.

III.

Sic et in maioribus feudalibus causis ius cognoscendi sibi vindicat, sed quomodo? Doctores satis anxie disquirunt, aliis imperatori solam cognitionem, (a.) aliis et simul Paribus Curiae eam asserentibus. (b.)

IV.

Ultimi nituntur iure Principum, vulgo Fürsten-Recht / iure antiquissima imperii obseruantia falcito, cuius vigore in causis quae Statuum imp. uitam, bona, famam, dignitatem attinent, imperator quidem iudicare ualeat, sed hoc tamen temperamento, ut iudicium Parium Curiae desuper audiatur, eorumque uotis in pronuncianda sententia utatur.

V. Im-

- (a) Buxtorf ad A. B. Thom. Mich. de Jurisd. Reink. Schüz. Stamler. Sprenger. &c.
- (b) Strauchius, Myler, Textor Merckelbach, Conring. Struv. Burgold. &c.

V.

Imperatori solam cognitionem adscribentes multa contra modo dictum Ius Principum moliuntur. Nos pro ingenio in jure Publico nondum versati facultate tentabimus, an iurisdictionem Principum in principiis suis firmam judicare possimus, salva tamen praerogativa & iuris & dignitatis Caesareae Majestati pebita.

VI.

Et quidem si Teutonicae gentis, ut libertatis tenacissimae (a) primaeum consideres Statum, (b) tempora Francorum victorias secuta, progressumque usque ad hodierna tempora, fundamenta parum contemnenda reperies.

VII.

Praesertim cum Status Monarchiae temporatae mixtus Ordd. Imp. uigilantia & Impp. oscitantia in Monarchico-Aristocraticum formaretur, Magistratusque terras nomine Imperii gubernatas hereditario iure incipere possiderent.

A 3

VIII.

- (a) Tacitus lib. I. de mor. Germ. c. II. n. I.
(b) Grot. I. 2. de I. B. & P. c. 9. §. II. n. 3. Carolus Sigon. de antiq. Iur. Prouinc. c. 2. & seqq.

VIII.

Hinc enim (a) *probabile est*, eos, quoad feuda regalia certis iudiciis sibi prospexisse, eaque Consuetud. feudalibus conformasse, quibus utriusque Iudicium Parium (b) expresse praecipitur.

IX.

Accedit, quod Magistratus illi non tantum proprio iure ditiones illas possederint, sed & in terras illas superioritatem territorialem nacti fuerint & in consortio Majestatis in Imperio fulgentis eminuerint.

X.

Ordines ergo Imperii tam in partem Domini feudalis quam Majestatis accersiti iurisdictionem hanc specialem a primis cunabulis fundatam habent, quae si probari non poterit, eos excidisse, cur illis ea non amplius competat, non video, quod urgeat.

XI.

Innumera, (c) quae in Historia reperiuntur exempla satis meam opinionem secundant. Ex omnibus aliqua

(a) Schwed. Part. Spec. Sect. 1. cap. 9. n. 12.

(b) 2. feud. 15. circa f. uers. illud tamen sciendum est.

(c) Cor. Disp. de J. Imp. Germ. Thef. 48. & seqq. Burgold, ad Instr. Pacis part. 2. d. 20. Thef. 3.

aliqua tantum. Henricum, IV. sub quo Principum potestas maxime crevit Saxones a Gregorio VII. alias Hildebrando dicto ad rebellionem excitati in Legibus Pacis obstrinxerunt ut Duci Ottoni Ducatum Baioariae responscenti intra anni spacium iuxta Principum Iurisdictionem satisfaceret. (a)

XII.

In seculo Frid. Barbarossae eadem iurisdictione plenissime obseruata cernitur. In causa (b) Henr. Leonis contra Dominum Colonensem & Theodoricum de Landsberg, item in causa eiusdem contra uitricum eius Bauariae Ducem. (c) Idem asseritur in contentione (d) inter Henr. Brunswicensem & Adilbertum Frisingensem Episcopum, inter Hermannum Marchionem de Baden & Eginonem Comitem de Friburg. sub Henr. VI. nec minus in Controuersia Henr. & Ludouici Ducum Bauariae temporibus Sigismundi, Alberti II. & Frid. III.

VX

XIII.

- (a) Monachus Herueld. in Chron. Hiflor. Germ. sub A. 1073.
- (b) Arnoldus continuator Chronici Sclau. Helmoldi lib. 12. c. 24. ad A. 1179. citatus quoque a Schiltero in Comment. Cod. Allem. feud. ad Cap. 117. n. 4. Otto de S. Blasio cap. 23.
- (c) Auentinus lib. 6. Annal. Boia.
- (d) Linn. Tom. I. Iur. Publ. lib. 2. cap. 9. n. 36.

XIII.

Omniū autem D. D. Iuris Publ. & Historico-
rum autoritatem vincit ipsa Imperatoria Sigismundi
confessio (a) in literis Concilio Basileensi missis, qui-
bus causam Erici V. Ducis Saxo-Lauenburg. qui Mar-
chionem Misniae ob Electoratum Saxoniae ad Con-
cilium dictum in Ius citauit, auocauit, protestatus-
que est negocium esse a Paribus Curiae s. Electori-
bus terminandum, pro more stylo & consuetudine
in S. R. I. introducto.

XIV.

Eandem protestationem Sigismundus obseruan-
tia & exemplis fulciuit (b) lites inter Henr. & Albertum
Duces Bauariae Constantiae Parium iudicio sopiens.
Imo Basileae super eodem lure (c) *Constitutionem* emi-
sit, qua communi Procerum consensu ueterem in
S. R. I. a Maioribus sancte seruatum morem con-
firmavit.

XV.

Sic & literae Frid. III. ad Henr. Bauariae Du-
cem, Instructio Henr. Bauariae Ducis ad suos dire-
cta

(a) Londorp. Tom. I. Actor. publ. c. 3. p. 27.

(b) Limn. cit. l. n. 25.

(c) Daß die Keyser in Sachen, so eines Fürsten Leib, Ehr
und Lebenschafft betreffen, so wohl Geistl. als Weltl.
ja auch wohl Gefürstete Nebt nieder setzen mögen.

Ga ut & Ludou. Diuitis, Ducis Henr. Ducum Bava-
riae nec non March. Brand. Alberti literae in eo,
quod hactenus dictum, consentiunt. (a)

XVI.

Sufflaminatur hic exemplis R. I. Norib. dispo-
nens, (b) daß alle Lehen / es seyen Ober-oder Untel-
Lehen / berechtet werden / sollen von den Lehen-He-
ren und seinen Mannen / davon sie zu den Lehen
rühren.

XVII.

Et licet post Maximil. I. Carolus V. Rudolphus II.
Matthias & Ferd. II. Iuris Principum faciem immu-
tare conati essent, plane tamen suppressere nequi-
uerunt & prout uel Caess. uel Principum res flore-
bant, hi in consilium adhibiti uel non. Hinc in sub-
secutis Capp. & Pace Monasteriensi Principum autori-
tas maxime restaurata. (c)

XVIII.

Quid contrariae sententiae Patroni sentiant,
uidendum. Obiiciunt autem hi plura, magnitudi-
nem causarum a magno iudice dirimendam, ip-
sum

(a) Limn. cit. l. c. 38. Londorp. T. act. publ. c. 5.
p. 32. n. 12. (b) de A. 1466.

(c) iud. art. 40, Ferd. IV. Leop. art. 39. Iosephi. 18.
in fin.

sum (a) Ius feudale commune in Imp. receptum, Constitutionem Frid. II. (b) & Alberti I. Specialem harum causarum reservationem (c) a Carolo V. & Ferdin. I. (d) declaratam, (e) Iudicii Aulici Ordinationem & Parium Curiae impotentiam Principum aliquem uel constituendi uel tollendi.

XIX.

Sed & porro pro eis facit silentium A. B. aliarumque L. L. publ. nec ipsam Sigismundi confessionem necessitatis sed uoluntatis fuisse exclamant, hincque seqq. uel antecedd. Imp. minime praejudicantem. Regerunt denique primarium feudorum Dominium Imperatori competens, uaria (f) praejudicia, nec non textum (g) Instr. Pac. Monast.

XX.

His tamen breuissime occurrendum est Et primo quidem magnitudo causarum magnos requi-
rens

(a) I. feud. 18.

(b) vid. Lond. T. I. act. publ. c. 5 p. 33. n. 13. Et Goldastus part. 2. der Reichs-Sagungen.

(c) In Ord. Worm. de Anno 1521. §. ob auch Sachen fürsielen.

(d) Ord. Cam. part. 2. tit. 7.

(e) tit. 2. pr. 16. Hohe und niedre Lehen.

(f) vid. Schwed. Part. Spec. Sect. I. c. 9. n. II.

(g) Art. 5. §. quoad processum. 54. ibi: Liberumque sit suae Majestati.

Sens iudices Iuri Principum in tantum non obest, ut
potius pro eo militet, cum Status Imp. & magnos ju-
dices esse nemo inficias fit iturus.

XXI.

Neque II. Ius feudale nobis obstat, si distinguas
inter beneficia Longob. a solo Imperat. dependentia
& Germanica, Imperium quoque recognoscentia.
Regnum enim Italicum cum Germanico, quoad in-
ternam regiminis formam, nunquam fuit confu-
sum, neque subseqq. temp. Ius Longob. feud. Pro-
ceres in iis agnovisse credendum est, quae Iuribus suis
praejudicant, licet alii ad hanc responsionem non de-
beniant, & simpliciter dicant in illo textu Pares Cu-
riae non excludi sed potius includi (a).

XXII.

Constitutio Frid. II. & Alberti I. qua Comitibus Pa-
latini Iudico causas Principum & similium denegant,
(b) sibi met ipsis cognitionem vindicantes secundum
morem & Consuetud. in Imp. receptam contra aduer-
sarios retorqueri potest. Quis n. alius fuit mos a Ma-
joribus servatus, quam ut in Iudicio Parium tales li-
tes terminatae fuerint, hinc Comes Palat. tantum ex-
clusus, ipsi vero Impp. cum Paribus Curiae ad cogni-
tionem causarum accedebant.

B 2

XXIII.

(a) Casp. Birsch in Comment. ad I. feud. 18.

(b) vid. Limn. c. I.

XXIII.

Eadem ratione occurrit Ordinationi Regim.
& Camerae. Exclusio enim Camerae & Regimeatum tantum respicit, non reliquos Imp. Proceres. Est ergo haec Reservatio ab Imperatore facta respectu Camerae & Regimenti tantum, non inchoa Parium Curiae, qui potestatem cognoscendi de feudis regalibus nunquam Camere contulerunt.

XXIV.

Quod Ord. Iud. Aul. attinet, ex ea, ut firmum deducatur argumentum, impedit & sana uerborum explicatio & nondum a (a) Statibus ejusdem facta approbatio, utpote qui questi sunt, sibi eam non legitimo modo esse communicatam.

XXV.

Impotentia porro Parium Curiae Principum aliquem uel faciendi uel tollendi nos non moratur. Camera n. de feudis minoribus iudicium fert, quae nunquam uel dedit uel dare potuit. Er in Principibus Majestatis Romano-Germ. confortibus ius ratarum esse comitali uoto dignitatem Principis aut conferendi aut adimendi quis ignorat?

XXVI.

(a) Limn. T. 5. in add. ad 9. cap. 4. Monita communia ad cap. fut. Imp. Electori Mog. 17. April. A. 1658. exhibita ad art. 42.

XXVI.

Multo minus silentium A. B. aliarumque sanctionum publicus Principum temerabit. Sane hoc fundatum dedimus supra tam in origine sua quam in progressu, exemplis, consuetudine, constitutionibus sufficientissime fulcitum, ut adeo frustra sint, qui Sigismundi confessionem voluntatis magis quam necessitatis fuisse autumant.

XXVII.

Nec melioris farinae sunt illi, qui Primario feudorum Dominio Imperatori competente se muniunt. Nil enim aliud inde concludi potest, quam ut primario etiam de fendo possit cognoscere. Primae ergo partes debentur Imperatori, ut Capiti, merito, secundae autem Paribus Curiae.

XXVIII.

Et quamvis per praeiudicia aliquando iuri Principum videatur derogatum, id tamen tantum uideretur & non est. Res enim ab aliis gesta aliis non praeiudicat. Immo ipsa illa, quae allegant, praeiudicia iuri nostro vindicando aptissime succurrunt. Sententiae enim in illis causis ab Imperatore latae aut nulla executione secundabantur aut per pacem Westphalicam rescindebantur.

XXIX.

Fortissimum est, quod ex Instr. Pacis opponunt, Imperatori in causis maioribus & unde tumultus in Imperio timeri possent libertatem relinquente, uota Principum

B 3

Principum

cipum requirendi. Sed hanc obiectionem diluit diuer-
fitas causarum maiorum & ipse sensus Instr. Pac. Lo-
quitur enim de causis ad Iud. Aul. delatis, nego autem
causas feudales maiores & Germanicas, similesque ad
Iud. Aul. pertinere. Nec hae tantum tumultus ciere
possunt. Dantur aliae maiores, Causae Italicae &c. Imo
parua saepe scintilla magnum excitauit incendium.

XXX.

Stabilitam ergo Jurisdictionem Principum opinor.
Circa quas autem causas uersetur, magno conatu di-
sceptatur. (a) Feudales & Allodiales maiores, Crimi-
nialesque in illo Iudicio diiudicari & Consortium Maie-
statis tam in Feudalibus quam in allod, sese exserens
& consuetudo ab antiquo seruata hactenusque non
abrogata, imo (b) Capp. nouissimis fulcita, sat demon-
strare uidetur.

XXXI.

Quod Criminales attinet, etiamsi Ferd. III. Imp. in
Capitul. art. 30. expresse Electores obligauerint, ut ne-
mo Statuum in consultis Electoribus proscribatur, at-
tamen reliqui Imp. Status his non contenti ad antiquum
Imp. morem prouocarunt (c) ut eorum quoque uota
suboriente casu audiantur.

XXXII.

In ciuilibus caus. dist. inter feudum adimendi ido-
neas

(a) vid. constit. Frid. II. & Alberti I. apud Londorp.
Goldastum c. 1.

(b) Cap. Ferd. IV. art. 40. Leop. art. 39. Josephi art. 38.

(c) Eytel Frid. von Herden Grundveste des H. Röm.
Reichs. Part. 3. c. 5. p. 243.

ngas & inter eas, quae non sunt tales. Dist. deriuatur ex (a) Constit. Imp. quae contra Jus Principum communiter allegatur, ubi Ducatus, Principatus, Comitatus &c. uni parti in totum & definitiue gänzlich und endlich abjudicandi cognitioni Caeserae referuati dicuntur, saluo nimirum Jure Principum.

XXXIII.

Q. An illa uerba gänzlich und endlich de petitorio tantum, an uero etiam de possessorio intelligenda. Affero posterius ob generalitatem textus. Nam & sententia definitiua in possessorio ferri potest (b) Accedit contentia causae (c) ne quidem ex praerogatiua beneficii diuidenda.

XXXIV.

Judices in hoc Judicio singulari sunt Imperator, Principes, Comites, Barones, imo etiam Ciuitates pro ratione tam feudi regalis abjudicandi quam ipsius personae delinquentis. Non obstante quod Fürsten-Richt uocetur, cum a priori fiat denominatio. Sic Camera Imperii uocatur Kayserliche Kammer/ etiamsi ejus Judices & Assessores a toto Imperio constituantur. Ita licet

(a) Constit. Ord. Worm. supra alleg. §. Ob auch Sachen fürstlichen, Herzogthum, Fürstenthum, Graffschaffen betreffend, zc. die einem Theil gänzlich und endlich abgesprochen werden sollen.

(b) vid. O. C. part. 2. tit. 21. Leypold de concurrentia Jurisd. q. 5. Limn. lib. 2. c. 9. n. 81.

(c) l. 10. Cod. de Judic. vid. Cap. Ferd. IV. Joseph. & Leop. supra alleg. ibi: nach Gelegenheit der Sachen Fürsten und Stände Bedenken zu gebrauchen.

licet Fürsten-Recht appelletur, tamen Jurisdictio haec etiam, ad Ciuitates extendi potest, sunt enim & Pares Curiae & Co- Imperantes, utut inaequali potentia gaudentes.

XXXV.

An, cum Austregis concurrentem Jurisdictionem habeant, controuertitur & rectius negatur ob Ord. Cam. qua disponitur eas causas in Iudicio Austregarum uentilari, quae per appellationem ad Cameram deuolui possunt. (a) Imone quidem causae ad Iudicium Principum spectantes per modum reconuentiones (b) coram Austregis deduci possunt, (c) uti nec in Arbitros compromitti.

XXXVI.

Ad quem sententiae in Iudicio Principum latae executio pertineat, non incongrue quaeri possit; Et cum L.L. publicarum Imp. expressa cesset dispositio communem Juris regulam sequi merito quis debet, quae ei cuius est Jurisdictio ordinaria executionem quoque Jurisdictionis optima connexionione assignat, ad analogiam ergo executionum a circulis faciendarum a proximis seu uicinis statibus sententia executioni dari commodissime poterit.

(a) O. C. part. 2. tit. 2. §. 2. doch soll keiner Parthen J. tit. 28. §. 1. it. tit. 6. §. 1.

(b) Schubhard de Austreg. c. 5. n. 108. Limn. T. 3. li. 9. c. n. 76.

(c) O. C. part. 2. tit. 7. ibi uns vorbehalten. Myler. de St. Imp. cap. 20. n. 17. Merckelbach apud Klock. V. I. Conf. 7. n. 31. & seqq.

F I N I S





Strapless, Diss., 1704-08


ULB Halle

3

005 359 848







28
1708, 76

B. C. D.
DISPUTATIO INAUGVRALIS IVRIDICA
DE
IVRE PRINCIPVM

P. 159

VVLGO
Fürsten-Recht,

QVAM
ITA DECERNENTE
MAGNIFICO ET ILLVSTRI ICONSVLTORVM ORDINE
AD CONSEQVENDOS SVMMOS IVRIS
HONORES PRIVILEGIAQVE DOCTO-

RALIA RITE OBTINENDA
SOLENNIORI
ERVditorVM IN REGIA VNIVERSITATE ARGENTO-

RATENSI CONSPICVORVM EXAMINI
CONSECRAT
JEREMIAS EBERHARDVS LINCK,

ARGENTORATENSIS.

AD D XII. MARTII MDCCVIII.

RECUSA WITTEBERGAE,
LITTERIS JO. GVILIELMI BOSSOEGELII, clb lcccxl.

